

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XXVI. Idem probatur ex eo, quòd summus Pontifex à nemine iudicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

Nicephori Constantinopolitani. P R A E T E R E A Boni significat in epistola sua, Iustino imperante se scribere, sicutus obierat, antequam Bonifacius sedere incipera, historiis omnibus constat. A D H A E C, epistola, quæ adscriptio adscribitur, tota ferè constat ex duobus fragmentis, rum alterum sumptum est ex epistola Hormisdæ Pont ad Ioannem; alterum ex epist. S. Gregorij ad Episcopon liæ, quæ est quinquagesima secunda libri quarti. At S. Gregorius eo tempore nondum erat natus; neque credidit Gregorium à Bonifacio illa verba sumpsisse, siquidem omnino Gregorianus est.

In epistola etiam, quæ Eulabio Carthaginensitha quædam sententia Gregoriana inseritur, ex lib. 4. epist. Eulogium. Et reliquum eius epistolæ nihil est, nisi integrum epistolæ Ioannis Episcopi Constantinopolitanus pam Hormisdam.

Sed si fortè epistolæ istæ veræ sunt (nihil enim afflue dubio non in eum sensum accipiendæ sunt, quæ Eulabij prædecessores vsq; ab Aurelio Carthaginensis cilijs præside, à Romanæ Ecclesiæ communione diligunt; id enim repugnat certissimis & verissimis his solum significant, Aurelium primum contra Romanæ Ecclesiam superbire cœpisse, deinde eius exemplo ipsius, & fortè aliquos alios; ceterū Eulabium, cogititate, iterum se Romanæ Ecclesiæ obedientiæ subvenimus enim solum ex epistolis illis colligitur.

### CAPUT XXVI.

*Idem probatur ex eo, quod summus Pontifex nemine iudicatur.*

**G**RVMEN TVM DECIMVM sumitur, quod Romanus Pontifex à nemine in termini cari potest. Non enim potest euidentius ostendere principatus eius, quam si ostendatur ita omnes Prelatus, ut nemini sit subiectus. Sunt autem tria obscurata, antequam ad probationem veniamus.

**P**RIMO, nos hoc loco non disputare de Pontifice, Princeps temporalis. hoc enim modo, ne aduersari quod

negant, eum non posse iudicari in causis temporalibus. Est enim commune omnibus absolutè Principibus, ut nullum agnoscant superiorem in negotiis temporalibus. Loquimur ergo de Pontifice ratione solius Pótficatus; ac dicimus eum, etiam si ditionem temporalem nullam haberet, non posse vello modo iudicari in terris ab ullo Principe Christiano, siue seculari, siue Ecclesiastico; neque ab omnibus simul in Concilio congregatis.

Obseruandum est SECUNDUM, duos fuisse errores de hac re. Vnum eorum, qui docuerunt, Pontificem posse ab Imperatore iudicari, puniri, deponi; si non fungatur rectè suo munere. Ita quondam Marsilius de Padua apud Ioannem de Turrecremata, lib.4.summæ de Ecclesia, part.2.cap.37. quem errorem prolixè refellit idem auctor lib.2.cap.93. & seq. Alter est error NILI, in suo libro de primatu, qui Pontificem non quidem à Principe seculari; sed tamen à Concilio Episcoporum iudicari & puniri posse, contendit. Porro Caluinus lib.4. Instit.cap.7.§.19. & ceteri huius temporis hæretici, utrumque errorem simul coniungunt; & tam Principum, quam Episcoporum iudicio, Pontificem Romanum subiiciunt.

Obseruandum est TERTIO, rationem præcipuam, cur Papa iudicari non possit, esse, quia Princeps est Ecclesiæ totius; & proinde superiorem in terris non habet: nam quia summus Princeps est Ecclesiæ, non potest iudicari ab ullo Ecclesiastico Antistite: & rursus, quia Respublica Ecclesiastica spiritualis est; ac proinde maior ac sublimior, quavis Respublica temporali: propterea summus Princeps Ecclesiæ dirige & iudicare potest summum Principem Respublicæ temporalis; non autem ab eo dirigi, aut iudicari debet, nisi rectus ordo, & ipsa rerum natura peruertatur. Hęc, inquam, est ratio primaria; & vt Scholæ loquuntur, à priori: tamen, quia hæc ratio assumit id, quod in tota hæc disputatione probare nitimus; videlicet Romanum Pontificem Principem esse totius Ecclesiæ: idcirco hac, & similibus rationibus prætermisssis, ex testimonis Conciliorum, Pontificum, Imperatorum, ac Doctorum Ecclesiæ demonstrabimus; Romanum Präfulem iudicarinon posse: vt inde confirmemus primariam nostram thesim; quæ est, Romanum Pontificem Caput & Principem esse Ecclesiæ uniuersitatem.

Probatur ergo PRIMO ex Conciliis; In Concilio SIXTO dicunt Patres: *Prima sedes à nemine indicabatur* fert hæc verba ex isto Concilio Nicolaus in epist. ad Mellem. Item in Concilio ROMANO sub Sylvestro CC. LI. Episcoporum, can. vlt. *Neque ab Augusto, neque à Regis* neque ab omni Clero, neque à populo iudicabitur primus. Huius decreti meminit idem Nicolaus in epist. ad Mellem. Item in Synodo ROMANA sub Sixto III. caps. mus dictum: *Non licet in Pontificem sententiam ducere* Sextum, qui accusabatur, respondisse: *Etsi in meo arbitrio iudicer, an non iudicer; tamen non abscondatur veritas*.

Cùm DIOSCORVS Episcopus Alexandrinus in Sin. II. Ephesina Leonem I. iudicare, & damnare ausus est hoc factū exhorruit Catholica Ecclesia; vt Concilium cedonense, in epist. ad Martianum & Valentinianum ratores; & in altera ad ipsum Leonem, quę habetur auct. ad Concilij, scripsit; se damnasse Dioscorum multas caussas: sed præcipue, quod in primam sedem sententia re præsumpsisset. In Concilio V. sub Symmacho, rebus Ennodij Diaconi, in quo inter alia scriptum erat: *rum hominum caussas Deus voluit per homines terrarum* sedis istius Praefulem, suo fine quæstione reservauit anti-

Concilium ROMANV sub Adriano Pap. II. curba referuntur in VIII. Synodo, aet. 7. sic ait: *Romanum pontificem de omnium Ecclesiarum Praefulibus iudicasse, non de eo vero quenquam iudicasse, non legitimus*. Quod sanctissimo iudicio intelligendum est. Et Concilium ipsum act. 10. can. 21. afferit, non licere vlli terreno Principi Patriarchas, & in primis Romanum. Deniq; in Concilio LEVITANO, canone 19. puniuntur grauissime Clerici Imperatore iudicari volunt. Si ergo Imperator Clericos care non poterat; quanto minus Pontificem?

SECUNDO, probatur ex testimoniis Pontificum. GREGORIS in epist. ad Anastasium Imperatorem: *Duo sunt, in Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regnatur auctoritas sacra Pontificum; Gregalis potestas. In quibus potest grauissus est pondus Sacerdotum; quanto etiam propositis gibis in divino sunt reddituri examinationem. Nostri ex illorum te pendere iudicio; non illos ad tuam posse respon-*

Voluntatem. GREGORIVS lib. 9. epist. 39. ad Theodistam: *Si R. Petrus, inquit, cum à fidelibus culparetur, auctoritatem, quam in sanctam Ecclesiam acceperat, attendisset; respondere poterat, Et pastorem suum ones reprehendere non auderent.* NICOLAVS I. in epistola ad Michaëlem: *Satis, inquit, eundem ostenditur; à seculari potestate nec ligari profsus, nec solvi posse Pontificem; id est, nec damnari, nec absoluiri.* IN NOCENTIVS III. in epistola ad Imperatorem, quæ habetur cap. Solitæ, tit. de maioritate, docet hoc idem ex professo. Et in serm. 2. de consecrat. Pontif. Similiter BONIFACIVS VIII. in extrauaganti, Vnam sanctam. Et IOANNES XXII. in extrauaganti, Licet iuxta doctrinam Apostoli.

TERTIO, probatur ex confessione Imperatorum. Nam de Constantino scribit Ruffinus lib. 10. histor. cap. 2. eum non luisse Episcopos iudicare; sed dixisse, se potius ab Episcopis iudicari debere. Similis est confessio Basiliij Imperatoris in oratione, quam habuit ipse in fine VIII. Synodi. Et inter cetera monet omnes laicos, in quorum ordine se antè posuerat; ne velint iudicare iudices, aut pascere suos pastores. Denique, Nicolaus in epistola ad Michaëlem, multis allatis testimoniiis, probat, pios Imperatores nunquam Pontificibus imperasse; sed obsecrassè solum ut Patres, si quid ab eis fieri voluisserint.

Accendant POSTREMO sanctorum Doctorum pauca testimonia. AMBROSIVS in oratione de tradendis Basilicis: *Bonus, inquit, Imperator intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam.* Certè si non est supra Ecclesiam; multò minus supra Ecclesiarum Patrem & Pastorem.

GREGORIVS NAZIANZENVS in oratione, qua se excusat; quod tam diu ab Ecclesiastica functione se abstinerit: *Vos, inquit, ones, nolite pascere pastores, neque super terminos eorum eleuemini. Satis enim est vobis, si recte pascimini; nolite indicare iudices; nec leges feratis legislatoribus.* Ac ne putas, à Gregorio excipi Imperatores; audi quid idem Doctor dicat in oratione ad ciues timore percuslos, & Principem irascentem: sic enim alloquitur Imperatorem: *Num vocem suscipitis liberam? Et quod lex Christi vos mea potestati, meo que subiecit tribunalis? Imperamus enim et ipsi, addo, et im-*

*tt 5 perio*

periori maiori & perfectiori. Suscipe igitur vocem libem  
scio te ouem esse gregis mei, &c.

S. BERNARDVS in epistola ad Conradum Imperator Legi, inquit, omnis anima potest statibus sublimioribus fit. Quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda rentia Petri Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab eminenti imperio. BONIFACIUS Martyr apud Gratianum stinct. 40. canon. Si Papa, de Romano Pontifice loquens Cunctos indicaturus a nemine est iudicandus. Denique de sancto Victore, parte 2. de Sacramentis: Spiritus testas, inquit, iudicat terrenam; ipsa vero a Deo primita est, & cum deniat, a solo Deo iudicari potest.

## CAPVT XXVII.

*Soluuntur argumenta Nili.*

**S**UPEREST, ut argumenta soluamus. Primum deinde Caluini; postremò, quæ ex veteris tetricis, Ioannes de Turrecremata, & alij atque. Sed antequam argumenta Nili propositorem monendum censuimus, ne Illyrici interpretationem fidat, nam cum alibi, tum in hoc præcipue capitulo semel depravat verba Nili. Sit exemplo initium huius. Nilus sic habet: ὃν δὲ πάντας ἀναρπίσων αὐτὸς ὑπέλαβεν, τῷ τοι καὶ θεοῦ, καὶ τοῖς τῶν απόστολον σὺν συμβούλιοις. hoc est; Quod autem omnes iudicant, nullo iudicetur; id est falsum est, & moribus Apostolorum non conuenit. ILLYRICVS autem sic reddidit: Quod blaterant aduersarij; Papam omnes iudicare, ipsum vero a nemine cari debere; nomine ac vanitate est mendacio plenissimum & ab Apostolorum equabilibus, modestisq; canonibus minus dissonat. At certe, Blaterant, non est in Graeco. Et Nilus simpliciter falsum dicit, Illyricus, pro sua facundia, vanitate & mendacio plenissimum esse, ait. Denique Mores Apostolorum, fidelis interpres, Aequabiles & modestos canones Apostolorum, reddidit. Nec aduertit id cunctibus verbis pugnare. Nam probatus Nilus quoque erat; non canones, sed facta Apostolorum recenseret.